

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 68. Regis mandata per Minerium coram Senatu lecta, atque executioni  
data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæcul. XVI tempus Polinius Centurio sub Baronis  
A.C. 1545 de Gardia nomine notus ex Pedemontana regione unacum sua equitum centuria, peditumque sex millibus opportune accurrisset, Minerius primas eo curas intendit, ut mox Regis jussa exequatur.

## §. LXVIII.

*Regis mandata per Minerium coram  
 Senatu lecta, atque executio-  
 ni data.*

*Steid. p. 534.* Die duodecima, vel forte decima ter-  
*& 535.* tia Aprilis Minerius habito Senatu  
*De Thou l. 6.* Regis Diploma, quo sententia in Merindolanos lata effectui dari præcipiebatur, prælegi jussit, simulque pro illius executione Franciscum le Fond Præsident, Honoratum de Tributiis, & Bernardum Badetum Consiliarios unacum Nicolao Guerino studiosissimo hujus belli promotore deputavit, ipse vero comitantibus eum plurimis Nobilibus ac Ministris quadringentos fossores duxit præter sex armatorum millia, quæ paulo post adventarunt. His copiis munitus die decima quinta Aprilis Cadenetum venit, quod oppidum est media leuca a Durantio flumine, tribus vero ab Aptâ Julia, & quinque leucis ab Aquis Sextiis distitum. Ibidem Minerii copiæ ca-

stra

stra metabantur, primamque hujus bel- Sæcul. XVI.  
li expeditionem in Pertuisana ditione A.C. 1545.  
inchoabant, moxque urbem Mottam, op-  
pidumque S. Martini ad Durantium flu-  
vium situm ceperunt, ac igni absumpse-  
runt. Altera die Villa-Laurum, Lur-  
marinum, Gensonium, Trezaminam,  
& Ruperium, cum incolæ ex hisce ur-  
bibus excessissent, pariter crudelem in  
modum continentis incendio deleverunt,  
cunctaque armenta ibidem reperta abe-  
gerunt. Postea Præfectus Merindolum  
aggredi statuit: cum autem incolæ  
flamas omni ex parte grassari cerne-  
rent, unacum uxoribus, suisque liberis  
aufugerunt, atque in sylvis & montibus  
securitatis asylum quæsierunt. Vix  
aliud erat spectaculum magis miseratio-  
ne dignum, quam cernere infelicis hu-  
jus gentis fugam; nam currebant præ-  
cipiti gressu per devia, & invia senes  
cum suis liberis, & mulieres infantes  
suos vel in cunis, vel in brachiis, vel  
adhuc in sinu suo gestantes. Tumul-  
tuabantur autem milites in hosce mi-  
feros, ac quemcunque obvium, pro-  
ut casus, vel fors dederat, atrociter  
trucidabant.